

dissidere nos in ea re que negligi non posset, quia non tenuis, nec  
sine culpa nesciri, quia non raro accidat sed heu! nimium frequenter.  
qua in re video partem alteram ita michi persuasam ut non facile  
cessurus sim; tibi reliquam ita probari ut non sat habeas ita sentire  
5 nisi et aliter opinantes convincas errore falli et a veritate esse avios.  
hec autem recogitans in bicipite me videbam. ut insiderem<sup>(a)</sup> pro-  
posito, etsi id oporteret contenderem vel tecum, suadebat veritas,  
dehortabatur amicicia. ea tamen continuo cessit veritati. nimium:  
non enim tantum amicicie sed omnibus utcunque pretiosis  
10 aut caris anteponenda est veritas. qua etiam ipsa<sup>(b)</sup> continetur ami-  
cicia, que nec iniri sine veritate nec propagari augerive nec con-  
servari et firma esse potest. sed neque leditur amicicia contentione  
modesta; excitatur potius et, tanquam ignis fol(ly)ibus et flatu splen-  
didior, nutrimento autem admoto grandior fit, sic amicicia dispu-  
tatione, qua non de amico queritur victoria, sed cum amico exqui-  
ritur inter ambigua, quid decorum aut turpe, quid eligendum  
fugiendumve, quid laude, quid obiurgatione dignum sit. ita igitur  
ut accidat nobis alterna concertacione, taciturnitatem repudio, subeo  
contencionem. quoniam vero qui disputant, ut hi se intelligent, et  
20 vocabulis convenientia necesse est — alioquin nec sibi profectui, nec  
apud eos qui audient futuri erunt honori, sed risui et contemptui,  
non secus ac si Grecus ignarus latini sermonis cum Latino disputet  
pariter ignaro greci: quis enim hos non subsannet et rideat? — ideo  
ne id committere nos contingat, convenientiam primum de vocabulo,  
25 quod quid nominis terminorum dicitur apud logicum<sup>(c)</sup>. quam-  
quam enim tu et ego Latini simus, tamen et inter Latinos videmus  
nomina variari et, ut alia transeamus, hoc ipsum de quo agimus  
quam multiplex, quam<sup>(c)</sup> varium. nosti porro quod, quam supra dixi  
pestilentiam, quam et ipsam pestem solemus dicere, eandem  
30 alii dicunt luem, nonnulli cladem, alii contagium, inguinariam,  
plerique<sup>(d)</sup> medici epidemiam, quasi superadvenientem;  
nam epidimon grece advena; aliisque vocabulis alii pro varia  
conuetudine regionum et gentium. quid tamen hoc attinet investi-

perché intorno a si  
grave questione,

è fermamente con-  
vinto essere vera  
l'opinione dell'amico  
combattuta.

Si trovò dapprima  
in forse tra la  
verità e l'amicizia,  
ma questa cedette  
a quella,

giacchè senza la  
verità non vi può  
essere salda ami-  
cizia,  
laddove questa ri-  
splende di più, ove  
sia vivificata da  
una disputa non  
contenziosa intorno a siffatti argo-  
menti.

Innanzi tutto, fa  
d'uso in una dis-  
puta che i contendenti  
s'intendano sul significato  
dei termini adope-  
rati.

Lasciando ai gram-  
matici il compito  
di dilucidare i vo-  
caboli con i quali,  
secondo l'uso delle  
varie regioni, si  
denota la peste,

(a) *M insidere*    (b) *M iam*    (c) *M sed*    (d) *M<sup>t</sup> aliqui*

(1) ARISTOT. *Analyt. post.* II, cap. x, 93 b: «δρισμὸς... λέγος τοῦ τι ση-  
μαίνει τὸ θνοντα».